Monseigneur,

N° 21.

Exaratæ meæ die 17. et 24. Januarij literæ, ad manus Illmæ Vestræ Excellentiæ pervenisse, haud dubito, et quando sequi jam S. R. Mtem in Poloniam intendebam, ac aliquam ex Saxonia adhuc expectabam pecuniam; accipio literas Illmi Supremi Aulæ Marescalli Domini Comitis Pflugk die 31. Januarij datas, in quibus commemorat, abiisse die 25. Januarij in Poloniam S. R. Mtem, ac nullam ex Saxonia hoc tempore exsolvi mihi posse pecuniam, ut sic necessitatus huc redire, ac ab amicis quærere mutuo nummos necessarios atq; sine mora et quantum ex sanitate tantum licuerit, Poloniam versus et ad S. R. Mtem me conferam, hoc autem temporis intervallo, Illustrinam Vram Excellcam humiliter ac enixe rogo, ut nihil in præjudicium meum fiat, verum præpollente promotione valentibusq; remonstrationibus suis, benignissimè efficere dignari velit, quo Rescriptum S. R. Mtis proximè in Curlandiam expediatur transmitta=

turq, quatenus Consiliarii Supremi cum Nobilitate
non audeant, mutationem regiminis proprio ausu
contra S. R. Mtis et Reipublicæ autoritatem inten
dere, proniti quidem, quando cum postpositione me
et me amplius recognoscere nolunt, ipsi Duci Min
renni regimen tradere volunt, ac ut se ipsum Major
nem declararet, induxerunt, jam de facto facere
verentur; verum ut omnia in statu eo in quo ante
Suecicam fuere usurpationem, remaneant, nec qu
quam imutent sub gravi S. R. Mtis et Reipublicæ ind
natione debitaq sancita pœna, sed si quæ fuerint
inferenda, desuper decisionem S. R. Mtis et Reipu
expectent, sine enim tali Rescripto Regio nihil
tendere volunt, imo contra S. R. Mtis ac Reipublicæ au
ritatem, prohibitione non subsecuta, pergerent o
nia pro dubitu disponere, sub prætextu, ac si tu
ab Exteris desiderarentur Potentiis, qui eis pr
cluderetur per illud. Illmæ Vestræ Excelle



in promovendo expediendoq ejusmodi Regio Rescripto, et transmissione in Curlandiam originalis, mihi autem copiæ ejus, simul et præcavendo, ne quid præjudiciosum mihi, ratione Capitaneatuum meorum in Litbvania, Cancellariæ expediant, exhibitum mihi benevolentiæ affectum, sincerissimaq amicitiæ summe æstimabilis, verum documentum, devinctissima obligatione demereri semper conabor, ac ad quævis præstanda officia reciproca, indesinenter existo,

Monseigneur

de V. Excellence

le très humble
très obligé Serviteur

Ferdinand Duc de Curlde

P. S. Nesciens quorsum
Aulicus meus Mszek
uti nuper jam commemoravi
venerit, et hoc tempore neminem
habens ad aulam S. R. Mtis,
itenum atq iterum rogo præfatum in Curlandiam resorbetum
Illmæ Vræ Excell: per aliquem
Aulicorum suorum, secura occasione
ne illuc transmittere dignari velit.

Schmalkaldiæ die 9. Februarij
ao 1710.

1481.

S. A. Mg. Duc de Curlande 8. 9
Febr. 1710